



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Impurus amator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## CLADIS PRÆSAGIUM. CAP. XXIV.

**A** IN Aruspicina memoria proditum est, huiusmodi gestum caudæ utero subiectæ, in victimis quæ adolerentur, futura cladis præsagium dedisse: obtorta vero si foret cauda, bellorum difficultatem portendere, ut apud Didymum legere est.

## VICTORIÆ PRÆSAGIUM.

## CAP. XXV.

**A** Liter autem cursum perciti, seu prædam insequantur, seu temere lasciviant, surrectam, aut exporreciam caudam habere solent: cuiusmodi effigies est in numo C. Posthumi, in quo certere est currentem Canem cauda ita uti dicebamus, sursum versus incurvata, quod quidem in hostiis crematis observatum ex aruspicum disciplina futura victoria portentum erat. Sedenim numo eo currentem Canem, celeritatem significare conijcimus ex jaculo, quod est inferne situm: unde rem properanter confectam, victoriamve cito partam, si sequamur Aruspices, id indicabit.

C Posthumi  
numus.

## IMPURUS AMATOR. CAP. XXVI.

**S**unt etiam qui satis impuros amatores expriment per simulachrum Canis, non ea tantum de causa, quod *κύνων*, ut Eustathius interpretatur, *κύνων* quod amare est, deducatur, sed quod Lepores avidiori quodam affectu confectetur, quorum significatum inter nequitias improbrores reposuimus. Neque quidem Ovidius signate magis Apollinis affectum incomparabilem exprime-  
re potuisset, quam luculentissima ea, quam ponit comparatione, his versibus decantata,

Metamor.  
lib. 1.

*Ut Canis in vacuo, Leporem cum Gallicis arvo  
Morsibus eripitur, tangentiq; ora relinquit.  
Vidit, & hic prædam pedibus porit, illi salutem. Sic Deus & Virgo est, hic spe celer, illa timore:  
Alier in hæstro simili jam jamq; tenere Qui tamen insequitur pennis adjutas Amoris  
Sperat, & extenso stringit vestigia rostro: Ocyor est, requiemq; negat.  
Alier in ambiguo est, an sit comprehensus, & ipsis*

## LIENIS VITIA. CAP. XXVII.

**C** Hominem qui aliquo splenis vitio affectus ægre habeat, quæque in universum ad lienam attinent, Aegyptii sacerdotes per Canis hieroglyphicum significabant. Gracilimum enim ac tenuissimum lienem Canis habet, quod vel mors, vel rabies eum invaserit, à splene est, quinetiam illi ipsi qui correptum rabie Canem medicare voluerint, morbum contrahunt, ac splenetica plurimum ea labe affecti pereunt: & qui Canem eo morbo laborantem dissecuerit, ea afflatus exhalatione, contagionis vim efficacissimam experietur. Urina quoque rabiosi Canis quomodocumque calcata nocet, maxime ulcus aliquod habentibus. Quin huius lotii, etiam non rabidi, tam perniciofa vis est, ut si quis in id suum conjecerit, ad generationem pigrior torpore lumborum fieri dicatur. Proinde rabido Cani contagiosum adeo virus inest, ut omnia rabiant, quæ momorderit, excepto homine, Nam quæ illi accidit ex huiusmodi contagione lues, mania est, ut eruditissimi hac ætate viri disputant: nam & Festo rabies proprie morbus caninus est. Quod verò scribit Aristot. Canes ipsos interire morbo hoc, & quæ morsæ sunt, *πλὴν ἀνθρώπων*, nonnulli clari quidem viri *πρὸς* legunt, ut celerius, quam homo, intereant, exponant. Sedenim ut ea missa faciam, quæ hominibus à rabioso Cane morbis accidisse longo post tempore Albertus & Avicenna prodidere, legi apud Plutarch. rabiem in homine non fuisse cognitam discretamve ab aliis morbis Aristotelis tempestate, neque inde usque ad Asclepiadem cuiquam innotuisse. Ceterum hæc ipsi viderint clarissimi viri, qui rem enucleandam susceperunt. Illud ego super hoc addam, uniuscujusque Canis morsum tam perniciosum esse, ut ferant, eum qui semel fuerit à Cane laesus, pestilenti contagione Gallinarum incubitus, pecorum factus, & abortus inventu suo vitare, ejusque introitu alterius vulnera aggravari,

Rabiosæ  
Canis virus  
contagiosum.

## OLFACTUS. CAP. XXVIII.

**S**ed ut ad Canis significata redeamus, olfactum Aegyptii sacerdotes per id animal inter alia significabant, nempe eum qui, quod prius latuisset indagine sua deprehendere, ex huiusmodi hieroglyphico